



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1773

VD18 90118677

§. 78. Quorumdam consilium de Urbe Gallis tradenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67263)

fens, ac vulneratus civilia Franciæ ^{Sæcul XVI.}
bella descripsit, Gallorum octingentos, ^{A.C. 1597.}
Protocarerus vero in literis ad Alber-
tum datis sexcentos fuisse cæsos re-
fert: Thuanus equidem occisorum nu-
merum non assignat, *maximam* tamen
omnium cladem Gallis hac eruptione
fuisse illatam fatetur: ex Hispanis au-
tem nonnisi septuaginta, vel nonaginta
cecidisse dicuntur: ab eo tamen tem-
poris momento Protocarerus nullam
tentabat eruptionem, eoquod præsidia-
rii morbis, crebrisque pugnis imminuti,
cives vero ad seditionem propensi essent.

§. LXXVIII.

*Quorundam consilium de Urbe Gal-
lis tradenda.*

Non deerant ex civibus non pauci, *Thu. Gallut.*
qui jam dudum Gallorum imperio & *Daniel.*
assueti parum Hispanis favebant, *ex l. 6.*
his autem plures ad quoddam Augu-
stiniani Ordinis cænobium sæpius con-
venerant, ac de Urbis suæ statu libe-
rius collocti de urbe Gallis tradenda
conferebant: his opportune accessit qui-
dam Militum Præfectus patria Burgun-
dus, qui Augustiniani Ordinis vestem
indutus in urbem irrepserat, atque hujus
rei executionem haud adeo difficilem
significans civibus proponebat, quod
turrim illam, quæ ad Orientem Cor-

L 5 bejam

Sæcul. XVI. bejam versus respicit, civium potestati
A. C. 1597. tradere paratus fit, ipsi vero præstituta
 hora Hispanos præfatæ turris custodes
 trucent, quo facto Galli facili nego-
 tio in urbem ea parte introduci possent
 Placuit civibus hujus perfidi consilium,
 quocirca ipse re cum Bironio Marescallo
 constituta clam in præfatum coenobium
 fese insinuat, ac postea ad Regis castra
 reversus explicata prodictionis suæ ra-
 tione Bironio significari voluit, ut dato
 de quo cum civibus convenisset, signo
 milites suos scalis munitos, ac paratos
 teneret: verum tanti moliminis res inter
 tot conscos tam religioso silentio haud
 celari potuit, quin illius notitia per
 unum ex complicibus ad Protocarei
 notitiam perveniret, quocirca hic con-
 spiratione detecta novem ex præcipuis
 conjuratis die secunda Junii suspen-
 dio plecti præcepit, quosdam vero
 ejus loci Religiosos, cum ob mutuo
 datam Ordinis sui vestem in eos suspi-
 cio caderet, in carcerem conjecit, vel
 ut alii scribunt, urbe exulare jussit,
 ipsique Monasterio, portæque vicina
 validiores custodes adhibuit.

§. LXXIX.
Regis indulgentia erga Hugonottas.

Daniel hist. de France **I**nterea cum Hugonottarum consilia
 §. 10. p. 177. ad apertam seditionem spectare vi-
 deren-